



27.910

FRANCISCO IUSTINIANO

DONVM

DESCALCEATOR

SEV


Pat.


PALLATÛ





A4






















IN NOMINE DNI NOSTRI IESU CHRISTI
 INCIPIT INSTITVTIO ET CONFIRMATIO
 ERECTIONIS CANONICORVM CON-
 GREGATIONIS S. GEORGII IN ALGA

GREGORIVS EPISCOPVS
 Seruus Seruorum Dei ad futuram rei memoriam
 Illis que pro diuini cultus augmento auctoritate
 apostolica processerunt ut illibata persistant libenter cum a
 nobis petitur apostolice confirmationis adijcimus firmitates.
 Sane petitio dilectorum filioru Lodouici Prioris et Capituli
 secularis et Collegiate Ecclesie Sancti Georgij in Alliga Castel-
 lanensis diocesis nobis exhibita continebat Quod olim venerabilis
 frater noster Angelus Episcopus kissamensis auctoritate



C. 2

quarundam l^{ra}z felicis recordationis Bonifacij Pape. viij.
predecessoris n^{ri} eandem Ecc^{li}am que tunc Monasterium
ordinis Sancti Augustini erat. nec non per Priorem regi con
sueuerat in collegiatam crexerat et in ea Priorem ac Cano
nicos seculares Capitulu facientes. nec non quosdam alios
etiam clericos seculares in perpetuos vicarios seu beneficia
tos in eadem ecclia instituit et impugnatores huiusmodi
erectionis et alior^z que predictus Episcopus in premissis et
circa ea ordinauit excommunicationis vinculo innodauit a
qua nisi auctoritate predicta munus absolutionis neq^z
obtinere etiam si tales impugnatores Episcopali vel quacunq^z
alia Ecclesiastica vel seculari prefulgerent dignitate. nec non
quedam alia circa hec fecit. Statuit et ordinauit prout in
quodam publico Instrum^{to} inde confecto predicti Episcopi
Sigillo munito. Cuius tenorem de verbo ad verbum p^{ri}ntibus
Inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte ip^orum
Prioris et Capituli nobis fuit humiliter supplicatu^m de erec
tioni et institutioni predictis et alijs in ip^o Instrum^{to} cont^{en}tis
robur Aplice confirmationis adijcere de Speciali gratia di
gnaremur. Nos itaq^z huiusmodi Supplicationib^z Inclinat^z
Erectionem et institutionem predictas. nec non alia in ip^o
Instrum^{to} contenta et quecunq^z inde secuta. Sub Infra scripta
modificatione rata habentes et gratia ea Auctoritate Aplica
ex certa scientia Confirmamus et presentis scripti patrocinio
comunimus sup^{pl}entes omnes defectus si qui Interuenerint
in eisdem. Nihilominus huiusmodi clausulam in eodem
Instrum^{to} contentam siue articulum excommunicationis
eiusdem contra impugnatores ip^os de premititur. latam
Auctoritate predicta duntaxat cassamus ac volumus nul

C. 3

lius existere firmitatis. Tenor vero predicti Instrumenti talis est. **Q**UAELEAS dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Kiffamensis Sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini Bonifacii Diuina prouidentia pape noni ad infra scripta Specialiter delegatus. Vniuersis et singulis partibus nostras litteras inspecturis et quos infra scriptum tangit negotium seu tractare poterit quomodolibet in futurum salutem in domino sempiternam. Cum deceat maxime in Ecclesiasticis ministerijs docere cuius auctoritate quisque ministret Vniuersitati vestre nec non & vestrum singulis tenore presentium intimamus & Venerabilis et religiosus vir dominus frater Lodouicus Prior loci monasterij et Ecclesie sancti Georgij in Alea ordinis Sancti Augustini de Venetijs Castellane diocesis die vigesima secunda mensis septembris proxime decursi nobis quasdam litteras Aplicas cum earum vera bulla plumbea ad cordulam canapis more Romane curie non viciatas non cancellatas non abrasas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio & suspitione carentes presentauit licet alias eius parte nobis presentari fecerit petens humiliter et deuote quatenus ipsas litteras executioni mittere dignaremur quod nobis per ipsius litteras Aplicas mandabatur. Quarum litterarum Aplicarum tenor per omnia sequitur et est talis. **D**ONAFACIUS Episcopus Seruus seruorum dei. Venerabili fratri Angelo Episcopo Kiffamensi in loco de Venetijs Castellane diocesis comoranti salutem et Aplicam benedictionem. Ad Ecclesiarum et monasteriorum omnium Statum salubriter dirigendum iuxta pastoralis officij debitum Intendentes ad reformationem illorum que deformata sentimus partes Aplice sollicitudinis adhibemus Sane petitiono pro parte dilecti filij Lodouici Prioris Monasterij Sancti

C.4

C.5

Georgij in Alega per priorem soliti gubernari ordinis sancti Au-
gustini Castellane diocesis nobis nuper exhibita continebat quod
Monasterium predictum in quo ab olim laudabiliter viguit
obseruantia regularis. et cuius instituta regularia fuerunt per
Sedem apostolicam approbata a longis retroactis temporibus extant
pro ut existit huiusmodi regulari obseruatione destitutum ac in
spiritualibus et diuinis officiis ibidem peragendis multipliciter
deformatum. Quare pro parte dicti prioris qui ut asserit ad
reformationem ipsius monasterii feruenter anellet nobis fuit hu-
militer supplicatum ut in premissis de oportuno remedio pro-
uidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huius-
modi supplicationibus inclinati fraternitati tue de qua in hijs et alijs
specialem in domino fiduciam obtinemus. per apostolica scripta com-
mittimus et mandamus quatenus ad monasterium prefatum
personaliter accedes et habens pre oculis solum Deum super
premissis eorumque circumstantijs vniuersis. auctoritate nostra
te diligenter informes. et huiusmodi informatione per te sic
recepta ipsum monasterium et quicquid in eo correctionis
seu reformationis ministerio cognoueris indigere tam in capi-
te quam in membris eadem auctoritate hac vice corrigas et re-
formes ac Statuas. et instituas Imperpetuum. vel ad certum tempus
auguendo. diminuendo seu mutando aut inuando prefati
Monasterii Statuta. Constitutiones. et alia etiam pro
diuinis officiis huiusmodi peragendis rationabilia et salubria
in ipso monasterio obseruanda ordines. et disponas. Ac omnia
alia que Episcopus Castellane existens pro tempore cum
dilectis filijs Capitulo Castellane circa prefatum monaste-
rium facere posset seu quomolibet exercere. facias et exerccas
pro ut secundum deum pro validitate dicti monasterii et per

sonarum in illo degentium animarum saluti tibi videbitur expedire. Ac nihilominus per te sic facienda, ordinanda, disponenda, instituenda et Statuenda facias auctoritate predicta inuiolabiliter obseruari. **C.7** Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus Aplicis nec non Statutis et consuetudinibus monasterij et Ordinis predictorum ac alijs contrarijs quibuscumque. Seu si aliquibus comuniter vel diuissim a Sede predicta sit Indultum quod Interdicti Suspendi uel Excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de Verbo ad Verbum de Indulto huiusmodi mentionem. **C.8** Datum Rome apud Sanctum Petrum scti marci Pontificatus nostri Anno quintodecimo. **C.8** Nos igitur cupientes omnibus apostolicis semper parere mandatis predictas apostolicas litteras licet alias receperimus iterum recepimus reuerenter et concitato consilio sepe sepius cum dicto domino Priore alijsque quibus pluribus Venerabilibus Viris Ecclesiasticis more grauitate et scientia nec non et experientia decoratis tractatibus et consilijs multis precedentibus ac ipsius domini Prioris apud quem solum ad presens totum ius Capituli et Conuentus dictorum monasterij et Ecclesie pertinere dignoscitur accedente consensu et cum deuota precum instantia solum deum pro oculis habentes pro perpetua reformatione dictorum monasterij et Ecclesie ad ipsum monasterium personaliter accessimus et informatione prehabita nec non inuenimus in dicto monasterio nisi dominum Lodouicum Priorem et fratrem Honoratum de Venetijs et fratrem Lodouicum de florentia fratres conuersos tacite professos nullumque alium religiosum reppererimus in dicto monasterio. **C.9** Sed et ipsum inuenimus omni bona reli

ligione et obseruantia regulari destitutum nec spem aliquam
haberemus reformationis ipsius Monasterij per religiosos ordi-
nis in dicto monasterio consueti cum tam paruo numero rep-
periantur. Ut proprijs monasterijs in quibus degunt deservire
minime valeant. nec etiam in ipsis monasterijs vigeat obser-
uantia regularis. Consideratisq; difficultatibus et mature ac di-
ligenter examinatis cum dño Priore et alijs Venerabilib; viris
et peritis difficillimum et longissimum ac quasi impossibile re-
putauimus ad repperiendū fratres seu religiosos alterius ordinis
et religionis per quos dictum monasterium posset in bona et regu-
lari obseruantia reformari. **C. 10** Quapropter scientes Venerabiles
viros Dñm Marinum Quirino et socios eius clericos seculares
qui ad presens moram trahunt in suprascripto monasterio ma-
gnarum virtutum et morum esse grauitate decoratos ac in
eisdem Clericalem honestatem adeo tenentē ut vite ipsorum
odore status Ecclesiasticus mirabiliter venustetur et ~~idē~~ coruz
exemplo ad disciplinam Ecclesiasticam et mundi contemptum
q̄ plurimū attrahantur. Sicq; habilem exemplarem certū et
clarum reformationis predicti monasterij modum de personis
nobis plenissime cognitis. nec non et Clero ac populo Ciuitatis
huius habentes vias incertas et personas incognitas ac ut sup̄
diximus difficultates q̄ plurimas declinantes de consilio pluri-
um Venerabilium et approbatorū virorum ac etiam de consensu
antedicti dñi Prioris auctoritate apostolica tenore presentium
predicti monasterij Capituli et Ecclesie statum antiquatū presen-
tialiter mutamus. Transferentes in nouum Statum collegiate
Ecclesie secularis Canonicoꝝ Secularium Clericoꝝ simul conuiuē-
tium conuescentium. cōmorantiū. et deum collaudantium offi-
cys nocturnis pariter et diurnis. **C. 11** Ac ob hoc Venerabiles viros

+ dicitur

v3. dōnos Antonium Corario. Gabrielem Condolmario. Ste-
 phanum Dauroceno. Franciscum barlo de Venetijs. Mathe-
 um de Strata de Papiā. Romanum de Rudello de Mediola-
 no. Lucham quōn. philippi de Este Sacerdotes. Et dōnos Ma-
 rinum quirino. Michaelē Condolmario. Laurentium Justini-
 ano de Venetijs. Joannem de piezenardis. Simonem de persi-
 cis de Cremona. Hieronymum de mussis de pauia diaconos.
 ac etiam dōnos Augustinum de gastaldis de papiā. Angelum
 set. Donati de culcitris. Marcum Condolmario. Dominicum
 mauroceno de Venetijs subdiaconos. Coram nobis euocatos &
 fleris genibus constitutos. eadem auctoritate recepimus in Ca-
 nonicos et fratres dicte Eccleie sue loci Sancti Georgij in Alca-
 et ipōs omnes ac singulos. Instituiimus ac presentialiter inuestim)
 cum omni plenitudine iuris Canonici per anulum nostrum. Sta-
 tuentes ipōs Canonicos et ipōrū successores per eosdem Canonice
 recipiendos. et instituendos de cetero constituere collegium &
 Capitulum dicte Eccleie sue loci. In quod Collegium omnia iu-
 ra spiritualia et temporalia. nec non et curam animarū. Priora-
 tum et quācunq; aliam presidentiam et dignitatem tam in Spi-
 ritualibus. q̄ in temporalibus circa res et personas spectantes
 monasterio. Ecclesie. Capitulo. et Conuētui prelibatis presenta-
 liter transferimus pleno iure. Inducentes omnes et singulos
 Canonicos seculares supradictos in Corporalem possessionē
 vel quasi dictorū Canonicatum Secularium per pānum ma-
 ioris Altaris dicte Eccleie Sancti Georgij. Stallo in Choro &
 loco in Capitulo sibi assignatio. ipōrum proprijs nominibus.
 et omnium aliorū presentialiter absentium et pro futurorū.
 Reseruato tamen semper prefato Venerabili viro dño Lodou-
 co Priori dūtāt titulo ipius Prioratus. Ita vt de Cura Seu

regimine dictorum Canonicoꝝ et alioꝝ Clericoꝝ Conuersoꝝ
oblatoꝝ et alioꝝ cuiuscunqꝫ conditionis laycoꝝ in dicto
loco morantium se nullatenus valeat impedire ac etiam pro suo
honesto victu reseruata sibi tertia parte omnium reddituum seu
ctuum et prouentuum dicte Ecclesie siue loci defalcatis et dedu-
ctis expensis faciendis pro recolligendis et conducendis fructibꝫ
Venetas et omnibus alijs expensis que faciende extra corpus be-
nerit Eccleie siue loci predictoꝝ. Expensas autē circa locum siue
Ecclesiam opportunas fieri volumus sumptibus dictoꝝ Canonicoꝝ
qui presentaliter sunt siue pro tempore erunt nulla detractio-
seu defalcatione facienda de dicta tertia parte dicti dñi Prioris
cui ipsa tertia pars integre assignetur pro mensa victus et vestitꝫ
et alijs necessarijs et opportunis et pro libito dispensandi et ne ali-
cui quod absit dicta diuisio sit suspecta volumus qꝫ per supra-
dictum dñm Lodouicum Priorem et ~~Sicarium~~ ^{Sicarium} secularem seu recto-
rem cum Capitulo constituantur vnus vel duo Sindici de p̄fato
Capitulo qui exigant et recipiant omnes fructus redditus &
prouentus dicti loci et partes faciant et diuidant dentqꝫ tertiā
partem dño Lodouico Priori et medietatem regalium et alias
duas assignent Sicario seu rectori et Capitulo dispensandas
prout ipsius Collegij requirit necessitas. Volentes qꝫ quicquid
circa possessiones ipsius loci extra corpus dicte Ecclesie siue loci
fuerit tractandum modificandū et inouandum absqꝫ ipsius
dñi Lodouici Prioris consensu fieri nequeat. ¶ Cum autem
dictus dñs Lodouicus Prior suo assensu ad aliud beneficium
fuerit translatus siue religionem mutauerit vel vitam factus
fuerit ac etiam si ipsum Prioratū vacare contingerit p̄ spon-
taneam renuntiationē dicti dñi Lodouici Prioris vel alio
quouis modo ex nunc prout ex tunc ipm̄ Prioratū regularem

anullamus et infringimus et auctoritate predicta statuimus
 nullum priorem fore et in prioratus Canonicoꝝ seculariꝝ
 Clericoꝝ dignitatem transferimus et inuicemus Statuentes
 vt dicti Canonici vocem habentes in Capitulo prefato vnius
 de iporum Collegio sacerdotem virum probate prudentie et oc-
 culata regiminis quousqꝫ dictus dñs Lodouicus prior in digni-
 tate permanserit prioratus sibi vicarium deinceps vero priore
 secularem siue rectorem annis singulis eligant vel confir-
 ment cuiuscunqꝫ vero vicarij et prioris secularis electionis
 vim tribuimus electionis et confirmationis Statuentes vt
 quilibet vicarius et prior secularis siue rector electus per
 maiorem partem dicti Capituli sine alia solemnitate dictos
 Canonicos seculares secundum Deum statim regere et guber-
 nare incipiat et per annum continuũ curam gerat in Spiri-
 tualibus et temporalibus tam de rebus q̄ de personis cum
 omni potestate et auctoritate ordinaria qua habet priores
 perpetui in locis regularibus siue secularibus Completo v̄o
 anno talis vicarius et prior secularis siue rector ipso iure sit
 solutus officio et alius per Capitulum eligatur modo supra
 dicto nisi preteritus denuo confirmetur. Institutione autē
 et destinatione Canonicoꝝ huiusmodi ad ipm vicarium et pri-
 orem secularem siue Rectore et Caplꝝ volumꝫ p̄tinē. Verũ nullꝫ
 in Canonicum assumi valeat nisi ad decimum octauũ etatis
 sue peruenerit annum et per annum continuũ in eorum
 probatus fuerit congregatione et a maiori parte capituli
 electus. Prebendas siquidem nolumus esse distinctas Sed
 volumus et districte precipiendo mandamꝫ omnes redditus
 et proventus esse comunes et per vicarios priores seu rectores
 seculares huiusmodi qui per tempora crunt taliter ordinet

C.14

C.15

C.16

C.17

C.18

- C.19** q̄ omnibus detur quod unicuiq̄ opus esse iudicabitur. In vno autem dormiant dormitorio ac in vno comedant refectorio et sic continue sint presentes et residentes nisi fuerit licita et honesta causa absentati et cum licentia Vicarij Rectoris siue prioris secularis predicti. Absentes vero extra locum sine licentia Vicarij seu Prioris vel rectoris secularis predicti nisi penituerint infra mensem satisfactione condigna ad Vicarij Prioris seu Rectoris et Capituli predictorū arbitriū priuari valeant Canoniatu et licentia. Vestes quoq̄ eorum secundum q̄ ius disponit defferant ne nimia longitudine aut breuitate notentur ut merito dici valeant temporalium contemptores. Numerum autem Canonicoꝝ taxatum seu certificatum esse nolumus.
- C.20** Siquis vero Canonicoꝝ quod absit propria bona habere uoluerit nisi post trinam amonitionē se corregerit et ea libenter soluerit ut decens est esse communia ad arbitriū Vicarij Prioris seu rectoris et Capituli predictorū Canoniatu priuari valeat et extra locum licentia.
- C.21** Porro officium diuinum secundum ritum Romane Curie horis congruis collegialiter persoluatur. Ne vero cultus diuinus impediatur pro ministerio messarum et alioꝝ operum manualium volumus et auctoritate predicta potestatem tradimus predicto Vicario priori siue rectori seculari predicto ut ip̄e cum Capitulo suo possit recipere laycos dedicatos siue Conuersos et oblatos nullatenus exoratos volentes viuere in comuni sine proprio quos gaudere volumus priuilegijs Conuersoꝝ dūmodo in decimo octauo sit Anno constituti qui recepti honeste et decenter induantur. Conuersi autem tacite professi existentes in loco supradicto v3. frater Honoratus et frater Lodouicus si secundum deum
- C.22**
- C.23**
- C.24**
- C.25**

viuere solunt de bonis ipsius loci et Ecclesie nutriantur vi-
 uantqz vna cum dno Lodouico Priore secundu regulam sue
 professionis in quantum eis erit possibile et humana fragili-
 tas viuere sinet. Qui quidem Prior deinceps in predicto
 Monasterio ad sue professionem regule quequam assumere
 non valeat. Si uero inter predictos Canonicos aut con-
 uersos siue laycos deo dicatos aut oblatos fuerit aliquis
 perditionis seu iniquitatis filius et comonitus quod absit
 se emendare noluerit ad arbitrium Vicarij prioris seu rec-
 toris et Capituli predictorū Canonicatu priuari possit &
 de loco expelli. Constitutiones autem alias siue Statuta
 ultra predicta in quantum spectat et spectare possint ad
 predictam Ecclesiam siue locum auctoritate predicta reuoca-
 mus annullamus infringimus et irritamus, et pro firmitas
 reuocatis et annullatis haberi volumus et mandamus. Pre-
 dictis vero Vicario Priori seculari siue Rectori cum suo Ca-
 pitulo plenam auctoritatem vt possint nouas sibi con-
 stitutiones seu Statuta condere corrigere addere vel minue-
 re prout eis secundum deum videbitur quotiescunqz volue-
 rit et quecunqz alia ordinandi que ipsis utilia visa fuerint
 et opportuna ad augmentum diuini cultus et Clericalis hone-
 statis et pro obseruatione huius reformationis Institutionu
 et Statutorū que omnia et singula approbamus et volumus
 esse perpetua. Aduentes ut no obligent ad culpam aliquam
 mortalem aut venialem. Sed tantummodo per Vicarium Prio-
 rem seu rectorem seculare predictu delinquentibz penitentia
 imponatur. Et si quid in contrarium a quoqz fuerit attem-
 ptatum quauis auctoritate ex nunc prout ex tunc Statum
 dicta auctoritate Aplica decernimus ipso facto irritum et

C. 26

C. 27

C. 28

14
mane. Impugnatores aut hmoi excoicationis Sinculo Ino-
dantes, a quo nisi eadem aucte aplica munus absolutionis
nequeant obtinere, et si tales Impugnatores Epati uel qua-
cunque alia Ecclesiastica uel seculari prefulgeant dignitate,
Reseruata nobis usqz ad annum data presentiu coputadu
Addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, reformandi in
oibus et singulis pmissor, pro ut nobis videbitur, secuduz
deum nihilominus potestate. In quor, ouum testimonium,
pntes fieri iussimus, nostriqz Pontificalis Sigilli munimine
roborari. Dat. et Actum Venet. in loco supradicto Sancti
Georgij in Alegra Castellaneu dioc. Anno natiuitat dñi
Millesimo quadringentesimo quarto Indict. duodecima die
Jouis Trigesimo mensis octobus. Presentibus ben. viro
dño pbro Joanne de putheo Archidiacono et Canonico Ec-
clesie Nigroponten dño Petro mauroceno filio. q. d. mauni
Canonico Eccleie Taruisin, nobili viro s. Alberto dente. q.
d. Andree de parochia. s. Juliani, s. Bartholomeo faba
filio. q. s. Donati de parochia s. Vitalis et alijs testibus ad
premissa vocatis Specialiter et rogatis. Pontificat. Sanct. m.
in xpo patris et dñi nri Dñi Innocentij Diuina prouiden-
tia electi Pape. vii. Anno p. Ego Luchinus bono, filius. q.
s. marci Cuius et habitator Venetiar, aplica et imperiali
auct. notarius publicus predictar, lraz, aplicar, pntationi
et ipaz executioni seu ipius Dñi Executoris et Commissarij
aplici dispositioni, modificationi, mutationi Prioraz pcedi
et noue reformationis ipius loci. s. Georgij in Alegra, et oibz
alijs et singulis supradictis, vna cum supradictis testibus pñens
fui et sic fieri vidi et audiui, caqz rogatus de mandato priba-
ti dñi Commissarij et Executoris Aplici scripsi, et in hanc pub.

licam formam redegi Signaq; meo et nomine solitis me sub
 scripsi in fidem et testimonium pmissor; omnium et singulor;.
 Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostre
 Confirmationis Cōmunitōnis suppletōnis Cassationis et vo
 luntatis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis au
 tem hoc attemptare presumpserit Indignationem omnipotentis dei
 et beatorum Petri et Pauli apostolor; eius se nouerit incursum.
 Dat; Rome apud Sanctum Petrum v. kl. Julij Pontificatus
 nri anno primo. De mandato
 gratis de mandato dñi nri pp. Jo. de Pempeluonde 3



EPISCOPUS Seruus seruor; dei
 Dilectis filijs Sancti Georgij in Allega de Venetf.
 Sancti Joannis decollati, Sancti Jacobi de noctesili
 ce, Sancti Augustini de extra Vincetiam et setor;
 firmi et rustici de Lenico Sancti Angeli de monte verone Castel
 lanensis, Paduan, Vicentini, et Veronen; dioc; Ac Sancti Grego
 ry de prope Bononiam Secularium et Collegiatar; Ecclesiar;
 Rectoribus Canonice et Capitulis Salutem et aplicam ben.
 Sincere deuotionis affectus quem ad Nos et Romanā geritis
 Eccliam non Indigne meretur Et illa uobis fauorabiliter conce
 damus que uobis fore conspiciamus opportuna et per que ab era
 ctionum subeundis oneribus releuati comodius sustentari &
 quietius famulari altissimo valeatis. Cum itaq; sicut exhibi
 ta nobis pro parte vestra petito continebat vos aut aliqui be
 stem comuniter uel diuisim per non nullos fructuum et pro
 uentuum Camere Aplice debitor; collectores aut subcollectores
 Ac alios super hoc deputatos officiales tam super Annatis/q;
 etiam Tallijs Collectis aut subsidijs vel Triennialibus decimis

C.1

de fructibus redditibus et proventibus Ecclesiarum Vestrarum
per vos exsoluendis sub Excommunicationis Suspensionis &
Interdicti Aliisque Sententijs Censuris et penis tunc expressis
ad faciendam solutionem huiusmodi prout alias forte legitime
tenebamini requisiti et moniti fueritis. Nos qui de laudabilibus
vita et moribus Vestris nobis notis alias sumus plenimode
informati Intendentes Indemnitatibus Vestris paterne
providere Vestris Supplicationibus Inclinati vos & Vestrum
singulos ac Ecclesias uestras predictas in quibus estis diuini
obsequijs mancipati a quacumque solutione et Contributione
quarumvis Annatarum Talliarum Collectarum Subsidiarum
et Triennialium Decimarum huiusmodi hactenus Auctoritate
Apostolica ad usus quosuis impositorum et Camere prefate ac
ipsius gentibus seu quibusuis alijs debitorum dictis collectoribus
aut Succollectoribus seu quibusuis alijs ad hoc deputatis nuntijs
vel Commissarijs faciendam Auctoritate Apostolica tenore preteritum
omnino quitamus et absoluiamus ac liberamus Ita quod ratione
premissorum ad solutionem huiusmodi minime teneamini nec ad id
a quoquam inuicti compelli valeatis. Nosque omnes et singulos ab
Excommunicationis et suspensionis sententijs propterea communiter
vel diuisim a quocumque in uos latis absoluiamus ac Interdicti
Sententia huiusmodi relaxamus omnesque processus de super
habitos tollimus et cassamus. Et nihilominus vobiscum
super Irregularitate siquam forsan huiusmodi ligati sententijs diuina
officia non tamen in contemptum clauium celebrando aut
inmiscendo vos illis contraxistis misericorditer dispensamus.
Districtius Inhibentes gentibus collectoribus succollectoribus
nuntijs et Commissarijs predictis ne vos aut aliquem Vestrum
seu Ecclesias Vestras antedictas communiter vel diuisim contra

C.2

C.3

tenorem pntium quomodolibet molestare presumant. Ac de-
 cernentes quasungz Sententias per eos contra vos et tenorem
 presentium ferendas ac processus desuper habendos irritos
 et inanes / nec no irritum et inane quicquid in contrarium
 a quoquā quavis auctoritate scienter uel ignoranter conti-
 gerit attemptari. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc
 paginam nostre Quotationis Absolutionis liberationis rela-
 rationis dispensationis Inhibitionis et constitutionis Infrin-
 gere uel ei ausu temerario contraire. Si quis aut hoc attem-
 ptare presumpserit Indignationem omnipotentis dei et beatorū
 Petri et Pauli apostolorū eius se nouerit Incursurū. Dat. f.
 Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini
 Millelesimo Quadringentesimo tricesimo primo. Vii. Id.
 februar. Pontificatus nri Anno primo. Ia. de Langusco.
 Trans de mandato dñi nri pp. Id. de Guuianis.

GREGORIUS Episcopus Seruus Seruorū
 Dei ad futuram rei memoriam. Et si cunctis
 xpī fidelibus per diuinā mandatorum Domini
 incedentibus ut de bono in melius gradientur
 apostolicum nos deceat adhibere presidium Illos tamen pre-
 cipue nos conuenit Specialius fauoribus apticis cōmunire
 quos diuine beneplacito voluntatis astrictius coaptari senti-
 mus ut exinde iporum pium propositum possint ad laudem
 et gloriam diuini nominis et animarū salutem salubrius et
 quietius adimplere et illis que circa hec alias prouide gesta
 comperimus ut illibata persistant libenter cum a nobis petite
 aptici muniminis adijcimus firmitatem. Sane pro parte
 dilectorū filiorū Rectoris seu Prioris et Capituli secularis

et Collegiate Ecclesie Sancti Georgij in Allega de Venetijs
Castellane diocesis nobis nuper exhibita petatio continebat. Quod
olim ipsa Ecclesia que Monasterium ordinis Sancti Augustini
extiterat. Ex eo presertim quia erat regulari obseruatione ac
personis per quas reformari valeret penitus destitutis in se-
culari et Collegiatam Ecclesiam auctoritate apostolica fuit erec-
ta cum suppressione ordinis memorati. Ita quod in ea ex tunc
Canonici Seculares Capitulum facientes et in Communibus
vires sub uno tecto et in eodem Dormitorio dormientes ac in
eodem refectorio comedentes perpetuis futuris vigerent tem-
poribus qui inter alia possent pro eorum felici statu de bono
in melius corroborando Statuta et Ordinationes facere pro
C. 2 laudabiliter obseruanda. Quodque postmodum Rector seu
Prior Canonici et Capitulum predicti illo dirigente a quo vir-
tutum et gratiarum omnium dona proueniunt adeo fuerunt per-
exemplaris vite merita et virtutes laudabiliter conuersati. Quod
non nullas sunt Sancti Iohannis de colati. Sancti Iacobi de
Montesilice. Sancti Augustini de extra Vicentiam. cum
Sanctorum firmi et Rustici de Leonico eius membro. Sancti
Angeli de monte Veronense et Sancti Gregorii extra por-
tam sancti Vitalis Bononiensem Castellani. Paduanam. Vicentiam
et Veronensem diocesis Ecclesias. Quarum aliquae regulares seu monaste-
ria vel Prioratus tam virorum quam mulierum fuisse dicuntur
ad eorum viuendi modum cultum ritum seu obseruantiam
quedam apostolica. et quedam ordinaria auctoritatibus red-
C. 3 erunt. In quas annis singulis visitant et in eis Annales di-
tatae Rectores. Priores uel prepositos ponunt qui illis presint
easque regant dirigant et augumentent et quod circa premissa
et alia eorundem premisorum statum perseuerantiam et augmen-

tum concernentia tam a quondam Bonifacio. Suij. & Gregorio
 xy. In eorū obedientia nuncupatis. q̄ a felicis recordationis Mar-
 tino pp. & predecessore n̄ro q̄ alias Aplīca et Ordinaria au-
 thoritatibus antedictis successiuis temporibus diuersē littere
 emanarunt. ¶ Quare pro parte rectoris seu prioris et Capituli
 predictorū fuit nobis humiliter supplicatum ut ne ipsi et alij
 supradicti aut ceteri ad eorum viuendi modum huiusmodi
 Illustrante dño in posterum forsita reducendi seu predicti
 aut alie reducende Ecclie h̄m̄oi in eorū Statu valeant mo-
 lestari premissa omnia et singula etiam in litteris predictis
 contenta seu ip̄orū auctoritate secuta approbare et etiam cō-
 firmare ac defectus si qui interuenerint in eis supplere. Et
 insuper eis omnibus et singulis indulgere et apud illam ex
 huiusmodi iam acquisitis vel ut p̄fertur acquirendis Ecclis
 quā pro celebrando eorū ac Eccliarū predictarū et personarū
 earundem sub obseruantia h̄m̄oi diuictum dūtarat comun
 Capitulo annuatim duxerint elligendam congregari et snibi
 singulis eorū ecclis Rectores Priores seu prepositos annuales
 qui per ip̄orū elligentium seu maioris partis eorū electionem et
 ellectionem subsequutum seu prestutum assensum absqz eorū de-
 ellectionum faciendā diocesanis locorū seu alijs presentatione
 aut ip̄orū licentia vel consensu administrare valeant elligere
 ac pro omnibus et singulis Ecclis h̄m̄oi Statuta et ordina-
 tiones edere possint q̄qz decernere ac eis q̄d h̄m̄oi per eos in
 futurū acquirende Ecclie omnibus et singulis Concessionibus
 supradictis vti gaudere et potiri valeant Indulgere et alias
 impremissis eis opportune prouidere de benignitate Aplīca
 dignaremur. ¶ Nos igitur qui personarū iugo dñi suppositis
 humeris in humilitatis Spiritu deseruentium Statū neda

C. 4

C. 5

conseruari sed de bono in melius adaugeu totis precordijs
affectamus huiusmodi Supplicationib; inclinaj Sancti Geor-
gij et aliarum omnium predictar; Ecclesiar; statuū mutatio-
nes et erectiones ac ordinum Suppressiones, nec non alior;
monasterior; seu locorum regularium a quibus ipa refor-
mata monasteria seu prioratus dependebant nomina et desig-
nationes, nec non Bonifacij et Gregorij ac predecessoris
Martini predictor; alias quoq; apostolica et ordinaria
auctoritatibus super hys concessas litteras cum inde secutis
hmoi eorum omnium tenores ac formas vires et effectus
presentibus ac si in eis de verbo ad uerbum inserta forent
habentes pro sufficienter expressis auctoritate aplice ex
certa scientia confirmamus et etiam approbamus, suppletēs
omnes et singulos defectus si qui forsan interuenerunt in
eisdem Et nihilominus predictę Sancti Georgij et aliar;
Ecclesiar; huiusmodi Rectoribus Prioribus et prepositis Ca-
nicis et Capitulis antedictis pro tempore existentib; q; ipi
apud illam ex predictis vel alijs ad hmoi in comuni uiue-
di normam seu obseruationem forsan reformandis et acqui-
rendis Ecclesijs quā annuatim ut premitte duxerint elli-
gendam Ecclesiam pro oīum Ecclesiar; hmoi ac personarum
earundem uiuentium sub norma uel obseruantia predicta
comuni capitulo celebrando annuatim congregari ac inibi
singulis Ecclesijs ipis Rectores Priores, uel prepositos anna-
les per eligentium hmoi seu maiorem partem eorum electio-
nem et ipor; elector; presutum consensum i predictis h; ac
quisitis absq; diocesanor; locor; seu quorumq; alior; licentia
vel consensu seu de illis eisdem diocesanis vel alijs facienda
presentatione In acquirendis uero Ecclesijs huiusmodi post

C. 6

C. 7

factam de electis ipis seu electionibus eorundem diocesanis
 prefatis presentationem et prestitum ab eisdem consensus
 seu super hoc concessam licentiam administrare possint de
 putare ac Statuta et ordinationes que pro Ecclesijs seu loco
 rum ac personarum huiusmodi utilitate ac Statu prospero consouen
 do et in melius reformando ac dei seruitio utilia fore prorsu
 perint eam vim ac si auctore Aplica predicta emanassent
 habitura et que omnes et singule persone Ecclesiarum huiusmodi
 ac si in eis edita forent obseruare possint. Ita etiam quod si
 contingat per loci diocesanum aliquam Ecclesiam de no
 uo ad normam uel obseruationem uiuendi huiusmodi reformari et
 Rectori seu Priori et Capitulo predictis offerri huiusmodi reform
 atione ac oblatione per ordinarium facta et ipsorum capti
 uatione secuta ac prouiso illi ut premititur de prio
 re Preposito uel rectore reformatio oblatio acceptatio et
 prouisio huiusmodi de alia inde secuta valeant et subsistant
 ac si predicta auctoritate Aplica processissent edere ac sta
 tuere et ordinare in omnibus et per omnia libere et licite
 valeant auctoritate Aplica et scientia supradictis eadem
 tenore presentium indulgemus. Non obstantibus apo
 stolicis ac prouincialibus et Synodalibus constitutionibus
 ac prefatorum reformatorum et aliorum a quibus illa forsita
 dependebant monasteriorum ac prioratuum et ordinum
 predictorum Statutis et Consuetudinibus etiam iuramento
 confirmatione Aplica uel quacunque firmitate alia roborat
 is ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino
 hominum liceat hanc paginam nostre Confirmationis ap
 probationis Suppletionis et concessionis infringere uel
 ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemp

C. 8

tate presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurus.
Dati Rome apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis dominice. Millesimo quadringentesimo tricesimo primo. viij. Id. Decembris. Pontificatus nostri anno Primo.
Gratis de mandato D. n. pp. b. b. q. d. de magio.
Gratis de mandato D. n. pape. Jo. de Russia.



EUSEBIUS Episcopus Servus Servorum dei Dilectis filiis Rectori et Capitulo secularis et Collegiate Ecclesie Sancti Georgii in Allega de Venetijs Castellane dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petatur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus nec non pro talibus in eorum obedientia reputatis sive per privilegia vel per indulgentias vobis et Ecclesie vestre concessas nec non libertates et exemptiones secularium extractionum a regibus et Principibus ac alijs christifidelibus rationabiliter vobis et Ecclesie predictae indulgas sicut eas iuste et pacifice possidetis vobis et per vos eidem Ecclesie auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus ac presentis scriptis patrocino comunimus. Volentes atque decernentes auctoritate et scientia supradictis et Sancti Joannis Decollati Sancti Jacobi de Montefilice Sancti Augustini de extra Diocetiam cum

Ecclesia Sanctorum firmi et Rustici de Leonico eius membro
 ac Sancti Angeli de monte Verone et Sancti Gregorij
 extra portam Sancti Vitalis Bononiensis Castellancensis
 Paduanensis Vicentin ac Veronen diocesis Ecclesie que ad be-
 stram obseruantiam et ritum videlicet quorum Recto-
 res prepositi seu Priores et Canonici seu persone in Comuni
 viuunt sub vno tecto et in eodem Dormitorio dormiant ac
 in eodem refectorio comedant prout vos viuuntis dormitis
 et comeditis sunt redacte nec non quecumque alie Ecclesie ad
 obseruantiam et ritum huiusmodi prestare domino in posterum re-
 ducende seu etiam reformande postquam reducte et reformate
 fuerint ut presertim omnibus et singulis libertatibus immu-
 nitatibus prouilegijs et indulgentijs huiusmodi gaudeant et po-
 tiantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
 nam nostre Confirmationis Communitatis et voluntatis
 infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis
 Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
 Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis
 Dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.
 Vix. Id. Iulij. Pont. nostri Anno primo.
 Gratias de mandato Domini nostri patris. Id. de magno.
 Gratias de mandato D. N. patris. Id. de Guianis



GERARDUS Episcopus Seruus Seruorum dei.
 Dilectis filijs Diuersis et singulis prioribus
 prepositis Canonice et personis quarumcumque
 Ecclesiarum de Congregatione Sancti Georgij in Allega nun

cupat Castellanen dioc. Salutem et Aplicam benedict
Exigit. Vestre deuotionis sinceritas et humilibus votis ve
stris in hijs per que vestris comodis et mentis quiete con
sultur quantum cum Deo possumus fauorabiliter anua
mus. Nunc est q nos vestris in hac parte supplicationib
Inclinati vobis et vos et singuli quos in antea in Canoni
cos quaruncuqz Ecclesiar vestre Congregationis pro tempore
recipi contigit ad hoc alias Idonei omnes etiaz Sacros
Ordines a quibuscunqz malueritis et maluerint Catholi
cis Antistibus gratiam et coionem Aplice sedis hactenqz
Statutis tamen a iure temporibz tam in Capellis siue
Ecclyjs vestris. qz ad hoc locis congruis et honestis reci
pere. Ipsiqz Antistites vobis et ipis predictos ordines
conferre et impendere libere et licite possitis et valeant
Ordinarior locorum et quoruvis alior super hijs lice
tia minime requisita auctoritate aplice tenore pntum
de Speciali gratia Indulgen. Non obstantibz Aplicis
ac Prouincialibz et Synodalibz Generalibz vel Specialibz
constitutionibus et ordinationibz. Ceterisqz contrarijs qui
buscunqz. Nulli ergo omnino hominu liceat hac pa
ginam nostre Concessioms infringere vel ei ausu teme
rario contraire. Si quis autem hoc attemptare presum
pserit Indignationem Omnipotentis dei et beator
Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit Incursum.
Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incar
nationis Dominice Millesimo quadringentz tricesimo p.
x. kl. Jan. Pontificat nri Anno primo.
Gratis de man. Dni nri pp. J. de Magio.
Gratis de man. Dni nri pp. J. de Suteo



V GENIUS Ep̄s Seruus Seruorū
 Dei Dilectis filijs Rectoribus Canonicis
 et Clericis alijsq; personis Congregatio-
 nis Sancti Georgij in Allega de Venetijs
 In eiusdem Sancti Georgij Sancti Ioannis Decolla-
 ti de Padua: Necnon Sancti Iacobi de Montefilice de
 Sancti Augustini extra Vicentiam: necnon Sanctorum
 Firmi et Rustici de Leonico: ac Sancti Angeli de mote
 Verone: necnon Sancti Georgij in Braida de Verona
 de Sancti Gregorij prope Bononiam Castellanenē Vice-
 tinenē, Veronenē. et Bononienē diocē. Monasterijs comora-
 tib; presentib; et futuris Salutem et apostolicam ben-
 Sacre Religionis sub qua mundanis propusis illecebris
 in humilitatis spiritu deuotum et sedulum impenditis
 altissimo famulatū promeret honestas. Et ea que vestro-
 rum et personar; in vestris monasterijs degentium pro
 tempore statum et animar; salutem respiciant fauora-
 biliter concedamus. **H**inc est q; nos vestris in hac pte
 supplicationibus Inclinati. Et Rector Congregationis
 vestre. Qui nūc est / et qui pro tempore fuerit. Vota
 quecunq; etiam si transmarina. Aut. S. Iacobi. seu beator;
 Petri et Pauli apostolor; fuerint per nos aut alios quos-
 cunq; Congregationem ipsam pro tempore cu; proposito
 Inibi remanendi Intraentes et in illa Altissimo quoadui-
 rerint famulantes emissa in alia pietatis opera comu-
 tare. **N**ecnon cum singulis qui aliquam religionem
 Intraendi et in illa permanendi quocunq; modo. Aut
 ex quauis causa votum fecerint. Si Congregationē pre-
 dictam Intrauerint et in illa perpetuo Altissimo famular;

C.1

C.2

- 117.
- C. 3** promiserint et cum effectu adimpleuerint ut ad huiusmodi
non obseruationem minime teneatur dispensare possit. Quod sin-
guli Confessores idonei quos singuli ex vobis ac alijs personis
ac seruientibus tam Clericis quam laicis presentibus et futuris in
Congregatione prefata quo aduenerint altissimo famularibus
dixeritis seu dixerint eligendos omnium peccatorum de quibus
corde contriti et ore confessi fueritis seu fuerint semel tantum
in mortis articulo plenam remissionem concedere valeant vo-
bis et eis tenore presentium Indulgentium. Sic tamen quidem Con-
fessores de hijs de quibus alteri satisfactio impendenda fue-
rit illam singulis ex vobis ac predictis alijs faciendam
inungant. Illis vero qui ex confidentia remissionis huiusmodi
aliqua committerent quo ad illa predicta remissio nullatenus
C. 4 suffragetur. Quod Confessores ipsi singulorum confessiones au-
dire et pro commissis et si talia fuerint propter que Sedes
apostolica fuerit merito consulenda debitam Absolutionem
C. 5 impendere et penitentiarum salutarem coniungere. Nec non singulos
vestrum a quibuscumque Sententijs et censuris in vos uel aliquem
vestrum quauis auctoritate promulgatis semel duratur ab-
soluere nec non super Irregularitate si quam incurristis dis-
pensare omnemque Inhabilitatis et infamie maculam per vos
uel aliquem vestrum quoquomodo contractam aboleri va-
C. 6 leant deuotioni vestre. Nec non Rectori maiori Congrega-
tionis vestre ut omnes personas seculares congregationem
Ingressas et sibi altissimo perpetuo famulantes a qui-
buscumque Sententijs Excommunicationis nec non in casibus
Sedi apostolice specialiter uel generaliter reseruatis quo-
modocumque vel qualitercumque illas uel illos incurserint
seu illis ligati fuerint dummodo ingredienti ipsi bigamie

aut homicidij labe respersi aut mutilatores membrorum non
 fuerint absolueri nec non super irregularitate siquam quis
 casu premisis demptis incurrerint dispensare valeat. Insu
 per ut Sacerdotes Congregationis vestre singulis vobis
 nec non familiaribus tam pro salario q̄ alias seruicibus eor
 prius Confessionibus auditis Eucharistic et extreme unctionis
 aliq̄ Eccliaſtica Sacramenta ministrare ac corpora vestra &
 eorum Eccliaſtice sepulture tradere libere et licite valeant vobis
 simili auctoritate concedimus per presentes. **C. 7**
Reterum ut vbe
 rioris vobis quietis preleatur occasio vos oēs et singulos nec no
 monast^a possessiones et bona que nunc possidetis aut in futur
 vos possidere contigerit ab omnibus et singulis Impositionibus
 Subsidijs collectis et oneribus quibuscunq̄ nominibus nun
 cupentur Aplica vel ordinaria seu alia quavis auctoritate
 quomodolibz impositis hactenus aut imponendis. **C. 8**
Nec non
 Synodalibus processionibus et generalibus conuocationibus seu
 Congregationibus quibuscunq̄ quacunq̄ auctoritate illas in
 dici contigerit auctoritate Aplica tenore presentium prorsus eri
 minus et perpetuo liberamus nec non exempta et liberata esse
 volumus et declaramus mandantes omnibus et singulis tam
 Eccliaſticis q̄ secularibus personis cuiuscunq̄ dignitatis ul'
 pheminie fuerit ne contra Exemptionē et liberationē nr̄as
 h̄mōi vos decetero quomodolibz molestare seu inquietare au
 deant uel presumant. Decernentes ex nunc irritum et ina
 ne quicquid in contrarium factum fuerit aut quomodolibz
 attemptatū. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā
 nostre Concessionis Exemptionis Liberationis voluntatis
 Declarationis mandati et Constitutionis infringere vel ex au
 su temerario contraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sūperit

C. 9



Indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli
Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Bononie Anno
Incarnationis Dominice Millesimo Quadragesimo trice
simo septimo .x. kal. Junij. Pontificatus nri Anno Septimo.
A. de Florentia.

Gratis de mandato D. N. PP. Ia. de Viterbio



V GENIUS Episcopus Seruus Ser
uorum dei ad perpetuam rei memoriam.
Pie postulatio voluntatis qua dilecti filij Ca
nonici et Clerici Congregationis sancti Georgij in Allega nu
cupati in comuni vitam ducentes dedito studio pie vite In
diuersis partibus Italie Ecclesijs siue locis mundanis abieci
tis illecebris cum adeptione voluntarie paupertatis virtu
tum dno famulatur non indigne mereatur ut aplice Sedes
eos iporumq; loca et Ecclesias Collegiatas benignis fauoribus
conseruet et Specialibus gratijs prosequatur in his pfectim
que animarum suarum status salutem respiciunt et quietem.
Sane pro parte deuotorum Canonicoꝝ Collegiatoꝝ dictoꝝ
nobis exhibita petitio continebat qd licet ipsi cupientes suos
in celestibus thesauros collocare et ob hoc sedulum deo im
pendere famulatu aliosq; ad loca eorū se conferentes verbo
et exemplo quatum dominus concesserit ad bene ac recte
viuendum inducere tamen non nunquam contingit ipos
Clericos predictos per Inquisitores hereticę prauitatis in
illis partibus pro tempore residentes et deputatos ab eis s̄b
diuersis preteritis occasionib; fideisq; coloribus indebite mo
lestari. Nos igitur cupientes ut fidem Canonice eo quietius

et deuotius in humilitatis spiritu altissimo famulentur ac
 pietatis studium in salutem animarum diuturna iam expe-
 rientia in eos comprobata uberiores ac gratiores fructus
 proferat. Quo se nouerint eiusdem Sedis Superiori gratia com-
 munitos huiusmodi Supplicationibus inclinati prefatos Ca-
 nonicos presentes et posteros eorumque Ecclesias ac loca con-
 structa et construenda ubique fuerint constituta cum
 personis iuribus et pertinentiis nec non possessionibus terris
 rebus et bonis suis que ipsi in quibuscumque locis legitime
 possident et in posterum dante domino ex similibus suffragiis fide-
 delium aut alias iustis titulis poterunt adipisci ab omni iu-
 risdictione et potestate eorundem Inquisitorum qui sunt vel pro
 tempore erunt auctoritate apostolica tenore presentium prorsus eri-
 mimus et perpetuo liberamus de sub beati Petri et eiusdem
 Sedis nec non ordinariis locorum in quorum Ciuitatibus et dioce-
 sibus dicta bona et Ecclesie consistunt protectione suscipimus atque
 nostra scriptisque Canonicos liberos et exemptos esse decernimus
 et immunes nobisque et successoribus nostris Romanis Ponti-
 ficibus Canonice interuentibus et dicte Sedi ipsisque Ordinariis
 immediate subesse. Itaque Inquisitores predicti nulla possint
 in dictos Canonicos et Clericos Ecclesias loca iura et
 bona huiusmodi quacumque ratione causa uel potestate iurisdic-
 tionem uel potestatem exercere. Sed dumtaxat coram dicte
 Sede uel eius delegatis aut ordinariis supradictis teneant
 respondere. Felicitas recordatur Innocentij PP. iij. predecess-
 nri et qualibet alia Constitutio apostolica contraria non obstantibus.
 Decernentes insuper ex nunc omnes et singulos Excommuni-
 cationum Suspensionum et Interdicti Sententias de processibus
 quas et quos contra Canonicos et Clericos prefatos pro

mulgari contigeat uel halere irritos penitus et inanes
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
 Exemptionis liberationis susceptionis et constitutionis In-
 fringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc
 attemptare presumpserit indignatione omnipotentis dei Re-
 tratorum Petri et Pauli Apolorum eius se noverit incursurum. Dat.
 Florentie Anno Incarnat[i]s Domine Millesimo quadringentesimo
 quadragesimo. xij. kal. febr. Pontificatus n[ost]ri Anno. x. mo.

Blondus

Gratis de mandato d[omi]ni n[ost]ri PP. B. Palauicinus.



C.1.



AUGENIVS Episcopus Servus Servo-
 rum dei Dilectis filiis Vniuersis Canonicis
 et Clericis Congregationis Sancti Georgij in
 Allega nuncupate de Venetijs Castellane[n]s dioc[esis] Salutem et
 Ap[osto]licam ben[edictionem]. Ad ea ex ap[osto]lice seruitutis officio libenter inten-
 dimus per que personarum Eccl[esi]asticarum altissimo gratum fa-
 mulatum reddentium saluti paci et tranquillitati utiliter et
 salubriter valeat prouideri. Hinc est q[uod] nos vestris deuot-
 is in hac parte supplicationib[us] inclinati omnib[us] et singlis
 prefate Congregationis presentibus et futuris d[omi]n[is] modo in-
 dicta Congregati[one] perseverare disposuerit auctoritate
 ap[osto]lica tenore presentium indulgemus ut quilibet vestrum
 quando opportunu[m] videbitur ydoneum et discretum
 presbiteru[m] in suum valeat eligere confessorem qui con-
 fessionibus vestris diligenter auditis pro omissis vobis
 debitam absolutione[m] impendat et inuincat penitentiam
 salutarem semel tantu[m] si extiterint talia de quibus sedes

apostolica sit merito consulenda ac super irregularitate
 quomodocumq; forsita contracta homicidio voluntario mu-
 tilatione membri ac bigamia dūtarat exceptis dispenset
 dūmodo ex confidentia concessionis hūmōi non reddamini
 procliuiores ad illicita imposter cōmittenda. Ac etiam
 quotiens opportunū fuerit nisi extiterint forsā talia ppter
 que Sedes aplica merito sit consulenda. **C. 2**
 Et in locis vestris habitis ac imposter alias tamen licite
 habendis et acquirendis tempore gñalis Interdicti possitis
 Januis clausis ac excoicatis et Interdictis exclusis non pul-
 satis campanis et submissa voce in vestra et familiarium
 etiaz salario conductorū presentia Missas et alia diuina
 officia per Sacerdotes Clericos et alios in prefata Congre-
 gatione degetes facere celebrari dūmodo vos uel illi causā
 non dederitis Interdicto, nec illud vobis uel illis cotigerit
 specialiter Interdicti. **C. 3**
 Qui quidem Sacerdotes vobis et fami-
 liaribus prefatis quotiens expedierit Ecclesiastica Sacramenta
 absq; juris alieni preiudicio ministrare valeant huiusmōi
 quoq; tempore cū aliquē ex vobis seu familiaribus predictis
 etiam salario conductis ab hac luce deo iubente migrare
 contigerit eorū corpora decedentū ecclesiastice sepulture tra-
 dere valeatis auctoritate et tenore predictis Indulgemus.
C. 4
 Insuper cum aliquando per extraneos iudiciorū ansradus
 uel mandata forensia persone diuinis intente ministerijs
 infestari seu turbari ac inquietari contingat. Volumus et
 eadem vobis et vestrum cuiuslibet auctoritate concedimus
 Vt si aliquando accidat quauis auctoritate et aplica vob
 uel alicui vestrum causam aliquam Spiritualem Ecclesiasti-
 cam vel Secularem seu prophanaz cognoscendā uel exequē

C. 5

nime

C. 6

C. 7

dam aut mandatum aliquod exequendum iniungi ul' ee
visitationis officium Ecclesie uel p'ij loci comitti ut ab hmoi
Inuendis onerib' vos absq' inobediencia' labe uel nota li
tere excusare et exonerare possitis quando vobis videbit
opportunitum. ¶ Preterea cum defectum nataliu' pacie'ib'z
Clericis et personis dicte Congregationis v're ut ad omnes
etiam Sacros ordines promoueri et quecunq' p' Anoni
cos dicte Congregationis gubernari solita etiam si Priorat'
seu Prepositure uel Rectorie aut officia se inuice' copaten
tia fuerint dumodo alias ad ea canonice assumantur
rennere libere et licite valeant. Pictaue' concilij et qui
busuis alijs Constitutionib'z ap'licis Ceterisq' contrarijs
nequaq' obstantib'z misericorditer dispensamus. ¶ Insuper
ut quecunq' possessiones et bona minus vobis et Eccly's
seu locis vestris vtilia personis cum quibus Eccly'az uel
locorum hmoi conditionez possitis efficere meliorem in
emphyteosim perpetua' concedere nec non pro alijs v'ualio
ribus comutare ac etia' vendere et alienare du' tamē p'ciu'
quod exinde proueniat pro alijs possessionib'z et bonis ma
gis v'ualibus aut in reparatione tonoz et possessionum
dicte Congregationis deterioratoz seu alias in euide'tez
vtilitatem hmoi Eccly'az vestraz Rectoris et Capituli
Ecclesie cuius bona sic ut premititur alienari contingat
Accedente consensu conuertere et exponere possitis aucto
ritate p'cedita licentiam elargimur. ¶ Ceterum pro se're
nandis quorūlib'z conscientijs volumus ut quotiens
alicui seu aliquib'z si dubitationis aut scrupuli aliquid
emerferit ordinationi et dispositioni rectoris seu prioris
vel prepositi qui pro tempore fuerit in Eccly's vel locis

huiusmodi stare et secundum ipsius declaratione et volu-
tatem vos conformare debeatis. Volentes et eadem aucte
concedentes. **¶** Omnes et singuli qui de dicta Congrega-
tione sunt et erunt ut prefertur omnibus et singulis pri-
uilegijs, libertatib; et immunitatib; ordini aut Congre-
gationi vestris generaliter concessis aut impostis con-
cedendis vti valeant pariter et gaudere. **¶** Quz si hmoi

C. 8

C. 9

Priuilegijs per vos aut aliquē vestrum hactenus contra-
uentum fuerit uel infutur; contraueniri contingat ipa
nihilominus in suo pleno robore permanere debeant &
illibata conseruentur, ac si semper illesa permansissent.

Dūmodo p spacū decem annor; continue dictis priui-
legijs p contrariū vsū non fuerit derogatū. Casib; tñ
in quibus priuilegia nisi per legitimā prescriptionem
contraueniendo perduntur semper saluis. Non ob-

stantib; felicis recordatiōis Clemētis pp. v. predecessoris
nr̄i et alijs Constitutiōib; et ordinatiōib; aplicis, nec nō
Congregationis et ordinis predictor; iuramento confir-

matione aplica uel quacūq; firmitate alia roboratis
Statutis et Consuetudinib; ceterisq; contrarijs quibuscūq;

Nulli ergo omnino hominū liceat hanc pagināz nr̄e

Concessionis et voluntatis infringē, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis aut; hoc attemptare presūpserit Indi-

gnationē oīpotentis dei, et beator; Petri et Pauli Apolorum

eius se nouerit incursur; . Dat; Florentie Anno Incar-

nationis Domince Millesimo quadringentesimo quadra-

gesimo. xiiij. kl. Augusti. Pontificat; nr̄i Anno. xmo.

A. de Florentia.

Gratis de Mandato Dñi nr̄i PP. Ia. de Viterbio.



VGENIVS EPISCOPVS SER

uus Seruorum dei ad futuram rei memoriam.
 Quaquā ex debito sum Pontificatus officij
 nobis ex alto commissi circa Ecclesiarum &
 Ecclesiasticorū locor et personarū omnium comoda et utilita
 res nos deceat intentos existere. Illas tamen ex eisdem personis
 que pie & caste vite studio intendentes mundanis abiectis
 illecebris in humilitatis spiritu deuotum & seduluz exhibent
 altissimo famulatū tanto propensioribz fauoribz prosequimur
 quanto iparum personarū vita laudabili atqz moribz debite
 compesatis id conspiciamus in domino salubriter expedire.
 Cum itaqz sicut nobis innotuit dilecti filij Canonici de
 Collegio siue Congregatione Sancti Georgij in Aleqa de
 Venetijs Castellaniensis diocē a multis citra temporibz plura
 Ecclias atqz loca Ecclesiastica in diuersis Ciuitatibz Terris atqz
 Locis partium Italie consistentia in quibus etiam pie et caste et
 in comun degentes Missasqz et alias horas canonicas noc
 turnas atqz diurnas diebus singulis celebrantes interim per
 manserunt prout et in copioso numero pūtaliter permanent
 in spiritualibz & temporalibz ad laudem et gratiam diuini
 nominis Sacriqz cultus et populorū deuotionis aquinetuz
 multipliciter reformauerunt ac propterea nec non ex eorum
 multiplicatis virtutibz plurimi fructus et ad salutem aīarū
 plurium fidelium partium earundem hadtenus prouenerint
 & quotidie proueniunt et alias. Ipsi omnibz et singulis
 deo deuotis personis ad eorum Ecclias atqz loca predicta de
 aliis partibus seu locis pro tempore applicanti bz hospitio su
 scipere eisqz humanitatis officia et in vidui necessarijs exhi
 bere consueuerūt et ad id iuxta eorū Statuta specialiter in

tenti existant ac ad hoc nec nō ad alia eis et ip̄oz ecclesijs
 atqz locis predictis que vnum corpus existunt pro tempore in
 cumbentia expensarū onera ecclesiarū atqz locorū huiusmodi
 vix suppetāt et quandaqz non sufficiant facultates. **N O S**
 premissa debite confesantes ac attendentes q̄ prefati Canoni
 ci in vite continentia ac Sanctimonia alijsqz pluribus &
 diuersis virtutibz ac fructuosis operibz in dies multiplicāt
 et fidelibus partium in quibus pro tempore moram trahunt
 castitatis humilitatis atqz multiplicis virtutis exemplum
 fore noscuntur nec non propterea eis et Statu ip̄oz ne ob
 facultatum carentiam minuantur sed ut sublatis ab ip̄is dis
 pendijs alijsqz extraordinarijs oueribz quibuslibet in nume
 ro operibz et virtutibz supra dictis augeantur quatum cū deo
 possumus prouidere volentes **M**otu proprio non ad dictorum
 Canonicoꝝ uel alterius pro eis nobis super hoc oblate petito
 nis instantiam sed de nostra mera liberalitate vniuersis ca
 nonicis de Collegio siue Congregatione huiusmodi qui nūc
 sunt et de cetero perpetuis futuris temporibz erunt nec non
 eorū Ecclesias domus atqz loca presentia et futura ac etia
 possessiones domus res census iura atqz bona ad Canonicos
 et ip̄oz Ecclesias atqz loca predicta nunc et impoſterum ſpe
 ctantia omnia et singula vbiqz consistentia quorum
 qualitates quantitates loca vocabula Confines ac fructuum
 reddituum et prouectuum annuos aliosqz eorūdem heros
 valores presentibus haberi volumus pro expressis nec non
 quoscuqz colonos et laboratores super possessionibus et bonis
 ip̄is pro tempore comorantes ceterosqz quo ad hoc ip̄oz Canoni
 corum presentium et futurorū procuratores negotiorū gestores
 affiducarios et pensionarios in quantum ecclesias domus loca

C. 1

res / census iura atq; bona contingunt ab omnib; et singlis
Datys / Impositionib; / subsidys etiam caritativis ac decimis
alysq; oneribus contributionib; et exactionib; quibuscunq;
nominib; nuncupentur p nos / vel Sedem aplicam aut lega
torum eius seu nostra / uel dicte Sedis auctoritate aut per
locor ordinarios seu eor; clericos uel eor; aliquem seu aliq;
aut alias quomolibet ex quibusuis causis etiam legiti
mis / et rationabilib; impositis hactenq; et impofter; impone
dis ac ab illorum et cuiuslibet ipor; persolutionib; auctori
tate aplice ex certa scientia tenore presentiu de Specialis
dono gratie perpetuo erimimus et totaliter liberamq; ac prorsus
et omniino libera et exempta perpetuo esse decernim; &
declaramus. Volentes etiam ac scientia et auctoritate pre
dictis statuentes et concedentes q; nulla per nos vel Sedez
predictam in genere uel in specie sub quibusuis formis
aut uerbor; expressionib; nec non decretis irritantib; et cu
quibuscunq; etiam clausular; indiuidualium et q; illis ni
si sub certa forma minime derogetur neq; derogatum fuisse
censeatur vim et effectum habentium ac hmoi forme siue
illa seruata fuerit siue non prohibitorijs aut alias effectui
presentium preiudicialib; clausulis concessa hactenus / vel
impofterum concedenda littere priuilegia et indulta etia
contra exempta personas / ecclias / loca atq; bona quecunq;
se extendentia quorum oium tenores ac si de uerbo ad uer
bu ad uerbum inserti forent hmoi presentib; etiam haberi
uolumus pro expressis nisi in illis tenor eorudem pntius
de uerbo ad uerbum insertus ac de nominib; et cognomi
nibus Eccliarum et locor; predictor; specialis et expressa
mentio facta fuerit exemptioni et liberationi nec non de

C. 2

creto et declarationi nostris huiusmodi aliquo modo preiudicari
 possint seu debeant quoniam huiusmodi preiudicia ac contenta
 in eisdem plenariam roborem firmitatem obtineant ac ex-
 ceptio et liberatio nostre predictae plenarie et effectualiter ob-
 seruentur perinde in omnibus et per omnia ac si tunc alie lre
 priuilegia et indulgentie predictae nullatenus emanassent
 quibus ex nunc prout ex tunc quo ad hoc specialiter de-
 rogamus Illis alias in suo robore permansuris Et mihi C. 3
 loquimus omnibus et singulis Ciuitatum terrarum Castellor-
 atque locorum quorolibet Dominis dominis Comuni-
 tatibus eorumque et alijs quibusuis officialibus presentibus
 et futuris ceterisque personis tam Ecclesiasticis quam secularibus
 cuiuscumque gradus status uel conditionis existant etiam
 si patriarchali Archiepiscopali Episcopali Abbatiali aut alia
 quauis ecclesiastica seu mundana dignitate prefulgeant
 auctoritate apostolica supradicta harum serie monemus
 Mandamus pariter et Inhibemus de cetero ne vlllo unquam tem-
 pore per se uel alium seu alios quouis quesito colore dire-
 cte uel indirecte contra exemptionem liberationem decre-
 tum declarationem ac tenorem preiudicium huiusmodi in
 toto uel in parte venire facere aut aliquid attemptare
 audeant uel presumant Alioquin in illos ex eis qui adie-
 cti sibi de premissis facte noticie infra tres dies immediate se-
 quentes monitioni seu Inhibitioni huiusmodi pro tempore
 non paruenerint ex nunc prout ex tunc Excommunicationis sen-
 tentiam harum serie proferimus et promulgamus aqua
 a nullo alio preter quam Romanum Pontificem absolutionis be-
 neficium nequeant obtinere nisi in mortis articulo con-
 stituti Non obstantibus premissis ac Constitutionibus

et ordinationibus aplicis. Ceterisque contrariis quibuscumque, aut si Patriarchis Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Dominis Dominis Communicatis officialibus et personis predictis uel quibusuis alius comuniter uel diuisim ab eadem sede indultum existat. Et Interdici Suspendi uel excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de Indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam uere Exemptionis liberationis constitutionis declarationis voluntatis statuti concessionis derogationis monitionis mandati Inhibitionis prolationis et promulgationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Florentie Anno incarnationis Domine Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo. Sy. Id. Junij. Pontificatus nostri anno duodecimo. Blondus

Gratis de mandato dñi nri pp. P. Sucijs.



EUGENIUS Episcopus Seruus Seruorum dei Venerabilibus fratribus Castellani et Paduanis ac Vicentini Episcopis Salutem et aplicam benedictionem. Hodie nostre emanarunt littere tenoris subsequentis. **E**VGENIUS Eps Seruus Seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Quamquam et debito Summi Pontificatus officij nobis et alto commissi circa Ecclesiarum ac Ecclesiasticorum locorum et personarum omnium comoda et utilita

tes nos deceat intentos existere illas tamen ex eisdē psonis que pie et caste vite studio intendentes mundanis abiectionibus illecebris in humilitatis spiritu deuotū et sedulū exhibent altissimo famulatū tanto propensionibus fauoribus prosequimur quanto ipsarū personarū vita laudabili atqz moribus debite compensatis id conspicimus in dño salubriter expedire. CVM Itaqz sicut nobis innotuit dilecti filij Canonici de Collegio siue Congregatione Sancti Georgij in Alegra de Venetijs Castellane dioc. a multis citra temporibus plura Ecclesias atqz loca Ecclesiastica in diuersis Ciuitatibus Terris atqz locis partium Italicę consistentia in quibus et pie caste et in comuni degentes Missasqz et alias horas canonicas nocturnas atqz diurnas diebus singulis celebrantes Interit permanferunt prout et in copioso numero presentialiter permanent in spiritualibus et tporalibus ad laudem et gratiam Diuini nominis Sacriqz cultus et populorū deuotionis augmentum multipliciter reformauerunt ac propterea nec non et eorū multiplicatis virtutibus plurimi fructus et ad salutem animarū pluriū fidelium partium earundē hactenqz prouenerint et quotidie proueniāt Et alias ipsi omnibus et singulis deo deuotis personis ad eorū Ecclesias atqz loca predicta de alienis partibus seu locis pro tempore applicandis hospitio suscipere eisqz humanitatis officia etiam in victui necessarijs exhibere consueuerunt et ad id iuxta eorum Statuta specialiter intenti existant ac ad hoc nec non ad alia eis et iporū ecclesijs atqz locis predictis que suum corpus existunt pro tempore incumbencia expensarum onera ecclesiarū atqz locorū hmoi vix suppetant et quandaqz no sufficiant facultates. Nos premissa

debite compensantes ac attendentes q̄ prefati Canonici
in vite continentia ac sanctimonia alijsq̄ pluribus et
diuersis virtutib; ac fructuosis operib; in dies multipli-
cant et fidelib; partium in quib; pro tempore moram
trahunt castitatis / humilitatis atq; multiplicis virtu-
tis exemplum fore noscitur / necnon propterea eis et sta-
tui ip̄or; ne ob facultatum carectiaz minuantur sed tot
sublatis ab ip̄is dispendiis / alijsq; extraordinarijs one-
ribus quibuslib; in numero operib; et virtutib; sup-
dictis augeantur / Quantū cum deo possum; prouidere
volentes motu proprio nō ad dictor; Canonicoꝝ uel
alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instāā
sed de nra mera liberalitate vniuersis Canonicis de
Collegio siue Congregatione h̄m̄oi qui nūc sunt / et de
cetero perpetuis futuris temporib; erunt / nec non eorū
Ecclesias domos atq; loca presentia et futura ac etiam
possessiones domus res census iura atq; bona ad Cano-
nicos et ip̄or; Ecclesias atq; loca predicta nunc et imp̄ster
spectantia omnia et singula vbicunq; consistentia quorū
qualitates quantitates loca vocabula confines ac fructuū
reddituū et prouentuum annuos alijsq; eorūdem veros
valores presentibus haberi volumus pro expressis / nec non
quoscunq; colonos et laboratores super possessionib; et bonis
ip̄is pro tempore comorantes ceterosq; quo ad hoc ip̄orum
Canonicorum presentū et futuroꝝ Procuratores negotior;
gestores afflictuarios et pensionarios in quantum Ecclesias
domos loca res census iura atq; bona contingunt ab omni-
bus et singulis datis impositionib; subsidijs etiam caritatis
ac decimis alijsq; onerib; contributionib; et exactionibus

quibuscunq; nominib; nuncupentur per nos uel Sedem
 Aplicam aut legator; eius seu nra vel dicte Sedis auctori-
 tate aut per locorum ordinarios seu eorum clericos vel eor;
 aliquē seu aliquos aut alias quomodolibet ex quibusuis
 causis etiam legitimis et rationabilib; impositis hacten;
 et imposterum imponendis ac ab illorū et cuiuslibet ipor;
 persolutionib; auctoritate aplica ex certa scientia tenore pre-
 sentium de specialis dono gratie perpetuo eximimus et totali-
 ter liberam ac proorsus et omnino libera et exempta perpetuo
 esse decernimus et declaramus. Volentes etiam ac scientia
 et auctoritate predictis statuantes et concedentes qđ nulla
 per nos uel Sedem predictam in genere uel in specie sub
 quibusuis formis aut uerborū expressionib; nec non decretis
 irritantib; et cum quibuscunq; etiam clausulaz in diuidu-
 alium et qđ illis nisi sub certa forma minime derogetur
 neq; derogatum fuisse censeatur vim et effectum habentiu;
 ac hmoi forme siue illa seruata fuerit siue nō prohibito-
 rijs aut alias effectui presentium preiudicialib; clausulis
 concessa hactenus vel imposterum concedenda littere Pri-
 uilegia et Indulta etiam contra exempta personas ecclesias
 loca atq; bona quecūq; se extendentia quorum omnium
 tenores ac si de uerbo ad uerbum inserti forent hmoi pntib;
 etiam haberi uolumus pro expressis nisi in illis tenore earū
 dem presentium de uerbo ad uerbum insertus ac de nomini-
 bus et cognominibus eccliarum et locorū predictorū speci-
 alis et expressa mentio facta fuerit exemptioni et liberatio-
 ni nec non decreto et declarationi nostris hmoi aliquantū
 preiudicare possint seu debeant quin imo hmoi presentes
 littere ac contenta in eisdem plenariam roboris firmitatez

obtineant ac exemptio et liberatio nostre predictae plenarie &
effectualiter obseruentur perinde in omnibus et per omnia ac si
tunc alia littere priuilegia et Indulta predicta nullatenus ema-
nassent quibus et nunc prout ex tunc quo ad hoc specialiter
derogamus illis alias in suo robore permasuris. Et nihilo-
minus omnibus et singulis Ciuitatum Terrarum Castrorum
atque locorum quorumlibet Dominis Dominis Comunitatibus
eorumque et alijs quibusuis Officialibus presentibus et futuris
ceterisque personis tam ecclesiasticis quam secularibus cuiuscumque gra-
dus status uel conditionis existant et si Patriarchali Archiepali
Episcopali Abbatali aut alia quauis Ecclesiastica seu munda-
na dignitate presulgeant auctoritate apostolica supradicta har-
serie monemus mandamus prout et inhibemus de cetero ne
ullo unquam tempore pro se uel alium seu alios quouis quesito co-
lore directe uel indirecte contra Exemptionem liberationemque
decretum declarationem ac tenorem presentium huiusmodi in toto
uel in parte venire facere aut aliquid attemptare audeant
uel presumant Alioquin in illos et eis qui adie sibi de pre-
missis facte noticie infra tres dies immediate sequentes mo-
nitionem seu inhibitionem huiusmodi pro tempore non paruerit
ex nunc prout ex tunc excommunicationis Sententiam harum serie
proferimus et promulgamus aqua a nullo alio preterquam a
Romano Pontifice absolutiois beneficium nequeat obtinere
nisi in mortis articulo constituti. Non obstantibus premissis
ac Constitutionibus et ordinationibus apostolicis Ceterisque contra-
rijs quibuscumque. Aut si Patriarchis Archiepiscopis Episcopis
Abbatibus Dominis Dominis Comunitatibus officialibus
et personis predictis uel quibusuis alijs coiter uel diuisim
ab eadem Sede indultus existat Interdicti suspendi uel

excommunicari non possint per litteras aplicas non facientes
 plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hmoi
 mentiones. Nulli ergo oio hominũ liceat hanc paginam
 nostre Exemptionis Liberationis Constitutionis declaratio
 nis voluntatis Statuti Concessionis derogationis monitio
 nis mandati Subhibitionis prolationis et promulgationis
 infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attemptare presumpserit Indignatione omnipotentis Dei
 et beatorum Petri et Pauli apolorum eius se noverit incursum.
 Datum Florentie Anno Incarnationis Dominice Millesimo
 quadringentesimo quadragésimo secundo. Vii Id. Junii.
 Pontificatus nostri Anno Duodecimo. **C. I**
 Cupientes igitur ut
 dicte littere debitum quantotius sortiantur effectum et per
 illas Canonicis prefatis salubriter provideatur fraternita
 ti v're per aplica scripta mandamus quatinus vos uel duo
 aut vnus uestrum per vos uel alium seu alios ipis Anoni
 cis impremissis efficacis defensionis auxilio assistentes et
 ad plenariam litterarum predictarum executionem procedentes Illasq
 ubi et quando expedire videritis auctoritate nostra solem
 niter publicantes omnes et singulos cuiuscumqz status gra
 dus uel conditionis fuerint et quacumqz seculari uel Eccle
 siastica et si Patriarchali Archiepali Episcopali Abba
 tiali uel alia dignitate prefulgeant Qui per se uel alium
 seu alios quouis quesito colore directe uel indirecte contra
 Exemptionem decretum declarationem ac litterarum predictarum
 tenorem huiusmodi in toto uel in parte venire facere aut
 aliquid attemptare presumpserint seu presumentibus auxiliũ
 consilium uel fauorem prestiterint quotiens super hoc pro
 parte didorum Canonicorum fueritis requisiti in Ecclesijs et

dumtaxat teneri possunt eligere et deputare consueue-
rint ac debeant. essetq; difficile pro vna quaque electioe
seu deputatione cuiuslibet ex Prioribus Prepositis et Recto-
ribus predictis occurrente illorū vacatione generale Capi-
tulum congregare et si illorum electio seu deputatio usq;
ad futurum tunc celebrandum Capitulum protellaretur
possent ex eorum prolixa vacatione Monasteria Prioratus
Prepositurae et ecclie sic vacantia grauiam in Spiritualibus
et temporalibus subire detrimenta. **N**os super hijs mona-
steriorum Prioratum Preposituras et Ecclias nec non
Canonicorū predictorū indemnitatibus salubriter provide-
re volentes motu proprio non ad ipsorū Canonicorum vel
alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantia
Sed ex nostra certa scientia auctoritate Aplica tenore pre-
sentium statuimus decernimus et ordinamus: qd Inantea ppe-
tuis futuris temporibus quotienscunq; predictum Monasterium
Sancti Georgij tunc Canonici in ipso Monasterio S. Georgij
comorantes quotiens vero alia monasteria prioratus pre-
posituras et ecclias predicta per cessus decessus uel alias
quasuis dimissiones priorum prepositorū uel rectorum illorū
inter pro tempore celebratū et celebrandū capitula hmoi
vacare aut ipis vniuersis Canonicis aliquod aliquē vel
aliquā monasterium prioratum preposituram seu Eccliam
per eos perpetuo tenendum regendum et gubernandum
seu tenenda regenda et gubernanda de nouo concedi con-
tigerit tunc Prior Monasterij S. Georgij et in ipso monast'
S. Georgij comorantes Canonici predicti ad monasteria
prioratus preposituras et Ecclias sic vacantia uel vacantes
aut tunc de nouo concessos seu concessa priores prepositos

et rectores quorum officia durarant usque ad futurum celebra-
 dum Capitulum durent eligere et deputare possint. Volumus
 tamen quod occurrentibus vacationibus antedictis Canonici in
 monasterio S. Georgii commorantes predicti alios Canonicos
 in Prioratibus preposituris et ecclesiis eius vicinis ad electio-
 nes seu deputationes huiusmodi si eis visum fuerit vocare nec
 non Canonici in alijs Monasterijs prioratibus preposituris et Ecclesijs
 vacantibus predictis priores prepositos et rectores quorum officia
 durent usque ad futurum prorogatum capitulum si per priorem mo-
 nasterij S. Georgii et in illo commorantes canonicos confir-
 mari contingit. Alioquin donec et quisque ipse Prior monasterij
 S. Georgii et commorantes Canonici ad illa alios priores
 prepositos et rectores durerint eligendos seu deputandos
 eligere seu deputare possint libere et licite alicuius desuper
 licentia nullatenus requisita. Non obstantibus Constitu-
 tionibus et ordinamentis apostolicis ac privilegijs prefatis canonicis
 concessis que alibi in suo robore volumus permanere nec non
 statutis et consuetudinibus dicte Congregationis iuramento
 confirmatione apostolica uel quavis firmitate alia roboratis
 Ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino he-
 minum liceat hanc paginam nostre Constitutionis statuti
 ordinationis et voluntatis infringere vel ei ausu temera-
 rio contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit
 indignatione omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli
 Apostolorum eius se noverit incursurum. Datus Rome apud
 Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo qua-
 dringentesimo quadragesimo Sexto Idibus februarii.
 Pontificatus nostri Anno .xxvj. mo. B. Roucella.
 Gratias de man. d. n. pp. P. Eucius

C.1



EVGENIVS Episcopus Servus Ser-
uorum dei ad futuram rei memoriam. Circa
Monasteriorum et Ecclesiarum quorūlibet nec nō
personarum in illis diuinis laudibus ac studio
pie et religiose vite deditarum statum iuxta pastoralis officij
debitum solite vigilantes in hijs eis libenter assistimus
perque illoꝝ occurratur dispendijs et comoditatibꝫ consu-
latur. Cum itaqꝫ sicut nuper ad nostrum peruenit audi-
tum licet quadraginta annis et ultra iam dearsis et a
tempore quo monasterium seu Prioratus sancti Georgij in
Alaga de Venetijs Castellaneꝝ diocꝫ non nullis Clericis se-
cularibus Canonicis nuncupatis per eos tenendum regen-
dum et gubernandum sub certis modo et forma auctorita-
te aplice concessum fuit Episcopi Paduanensi qui interim
extiterunt Priores et Canonicos eiusdem monasterij seu
Prioratus qui etiam interim fuerunt ad solutionem pre-
stationem seu contributionem collectarum taliarꝫ uel alioꝝ
quorūcūqꝫ onerꝫ ordinariorū seu extraordinariorꝫ dicta
aplice uel alia quacūqꝫ auctoritate quomodolibet impostero
ratione possessionum et alioꝝ bonoꝝ quorūcūqꝫ in diocꝫ
Paduanenꝝ consistentiū et ad dictum Monasterium p̄tinetiū
cogere seu compellere aut super illis uel occasione illoꝝ quo-
modolibet molestare non consueuerint. Nosqꝫ dudum per
alias n̄ras litteras Inter cetera Priorem Canonicos et Mona-
sterium predicta illorumqꝫ possessiones domos res census
iura atqꝫ bona obicūqꝫ consistentia ab omnibꝫ et singulis
Datij Impositionibꝫ subsidij etiam caritatiuis alijsqꝫ one-
ribꝫ et exactionibꝫ ac Contributionibꝫ quibuscūqꝫ no-
minibus nuncuparentur per nos uel Sedem apostolicam

seu nostra uel dicte Sedis auctoritate aut per eorum ordinarios
 seu eorum clericos uel ipsos aliquem seu aliquos aut alias quo
 modolibet ex quibusvis causis etiam legitimis et rationabi
 libus impositis eatenus et in antea imponendis nec non ab
 illorum et cuiuslibet ipsorum persolutionibus perpetuo exime
 rimus et totaliter liberauimus prout in eisdem litteris
 quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus haberi
 volumus pro expresso plenius continetur tamen nuper
 venerabilis frater noster Petrus Episcopus Paduanensis
 seu non nulli clerici et laici partium earundem premissa
 minus debite considerantes eosdem Priorem et Canonicos
 seu illorum procuratorem vel Syndicum ad dandum seu con
 signandum in scriptis inter alia nomina et cognomina
 possessionum terrarum et bonorum in prefata dioec. consi
 stentium et ad monasterium siue Prioratum huiusmodi
 pertinentium non nullis personis electis seu deputatis ad
 videndum et reformandum extima cleri Ciuitatis Padua
 nensis et predictae dioec. seu alijs personis tunc expressis mo
 nere seu alias cogere presumpserunt et ut verisimiliter
 creditur nisi desuper oportune provideatur etiam imposte
 rum presumant in non modicum eorundem monasterij Prio
 ris et Canonicorum preiudicium atque damnum. Pro
 parte ipsorum Prioris et Canonicorum nobis fuit humiliter
 supplicatum ut super hijs oportune provide de benigni
 tate apostolica dignaremur. Nos igitur super hijs monasterij
 seu prioratus Prioris et Canonicorum predictorum indemnita
 tibus salubriter provide volentes auctoritate apostolica
 et ex certa scientia hoc perpetuo et irrefragabili prohibi
 tionis edicto districtius inhibemus dicto Petro et successo

ribus suis Episcopis Paduan qui pro tempore erunt, ac omnibus et singulis alijs Ecclesiasticis secularibus et ordinum quorūcūq; regularibus personis cuiuscūq; status ordinis uel conditionis fuerint et quacūq; Ecclesiastica seu mundana dignitate prefulgeant, ne prefatos et qui pro tempore erūt priores et Canonicos monasterij seu prioratus huiusmodi occasione vel causa directe seu indirecte per se uel alium seu alios quomodolibet ad solutionem prestationē et contributionem dationū collectarum impositionum Subsidiarū et onerum predictorū seu ad consignandum nomina et cognomina possessionum terrarum et honorū hūiōi eis, uel ad reformandum seu faciendum extima huiusmodi deputatis uel impostis deputandis cogere seu compellere aut possessiones terras et bona predicta extimare aut in libris extimorum uel alibi descultre seu describi facere aut alias quomodolibet premissorū occasione molestare presumat.

Nos enim in omnes et singulos qui post octo dies postq; presentes littere sibi intimate fuerint contra inhibitionē huiusmodi quouis modo venire presumpserint aut si iam uenerint nisi infra dictos octo dies realiter et cum effectu resipuerint excommunicationis sententiam aqua non nisi a romano Pontifice preter q̄ in mortis articulo constituti absolui possint et quā presumptores eosdem lapsis dictis octo diebus incurrere uolum; ipso facto scientia et auctoritate similibus promulgamus per presentes. Decernentes ex nunc omnes et singulos processus et excoicationis ac suspensionis et Interdicti aliasq; sententias censuras et penas quos a quas contra priorem et Canonicos predictos haberi et promulgari et quicquid contra inhibitionem hūiōi scienter uel ignoranter

quavis auctoritate attemptari contigerit per episcopos presbi-
 tos uel quosuis alios irrita et inania nulliusq; roboris uel
 momenti. Non obstantib; Constitutionib; et ordinatioib;
 apostolicis Ceterisq; contrarijs quibuscunq; per pmissa
 tamen priuilegijs exemptionib; immunitatib; gratijs et
 indulgijs ac lris aplicis quibuscunq; in specie seu genere
 prefato ac quibusuis alijs monasterijs prioratib; prepo-
 situris ecclijs atq; locis Congregationis Canonicoꝝ S.
 Georgii in Alea de benedictijs Castellancū diocē. Illorūq;
 personis per Sedem predictam uel alias quomolib; cōcessis
 que oia et singula in suo robore uolum; permanere non
 intendimus in aliquo preiudiciū generari. **P**reterea ut
 omnis per quā effectus pñtium impediri seu retardari
 quomodolib; posset tollatur materia effectum huiusmodi
 pretextu cuiusuis exceptionis etiam surreptionis uel
 nullitatis proponende seu appellationis Interponende aut
 cuiuscunq; alterius quesiti coloris seu cause per Episcopos
 predictos uel quosuis alios impediri seu retardari nulla
 tenus posse auctoritate et scientia similib; decernimus
 per presentes. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc
 paginam nostre inhibitionis promulgationis uoluntatis
 intentionis et constitutionis infringere uel ei ausu teme-
 rario contraire. Si quis aut; hoc attemptare presumpse-
 rit indignationē oīpotentis dei et beatorum petri &
 pauli apostolorum eius se noverit incursum. **D**at;
 Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis
 Domini Millesimo quadringent^o quadragésimo sexto
 viij. kl. febr. Pontificat; nri anno. xvi. Blondus
 Gratus de man. b. n. pp. P. Bucius

C. 3



VGENIVS Episcopus Servus Ser-
uorum dei ad futuram rei memoria. Apllice
nobis iniuncte desuper seruitutis officium
mentem nr̄am excitat et inducit ut circa
ea que eccl̄iasticar̄ presertim studio pie et comunis vite
deditar̄ ac die noctuqz diuinis laudibz insistentium per-
sonar̄ quarulibet honorem et venustatem respiciunt
et per que ab eis omnis dispendij materia auferatur
operosis studiis intendamus. Cum itaqz sicut ad nr̄uz
non sine displicetia grandi peruenit auditum pro eo q
non nulli ex dilectis filijs Canonicis Congregationis
Canonicor̄ S. Georgij in Aleqa de Venecijs Castellani
dioc̄ nuncupati qui sub quodam humili et honesto ha-
bitu certorum coloris et forme ac suauis obediencie iugo co-
munem vitam agentes et die noctuqz diuinis officijs
insistentes gratum student impendere altissimo famu-
latum Stabilitatis Violato proposito non modo ab illo
abiecto penitus ab eis iugo obediencie hmoi retrocedere
sed etiam temere habitum congregationis predictum ge-
stando per diuersa stahie Ciuitates et loca discurrere nec
non plerūqz inhonestam vitam ducere multipliciter pre-
sumpserunt et presumunt plurima Canonicis Congre-
gationis huiusmōi murmuraciones perturbaciones et
scandala prouenerunt et nisi desuper oportune prou-
deatur verisimiliter prouenient in futurum. Nos presu-
ptionibz talium congruis prout nostre incumbit soli-
citudini remedijs obuiare uolentes auctoritate aptica
presenti perpetua et irrefragabili constitutione statuum
et ordinamus qd illi qui hactenus recesserunt aut amoti

C.1

fuerunt infra decem dierum Spatium postq̄ p̄ntes ad coru
 noticiam deuenierint hy vero ex Canonicis Congregationis
 hmoi qui forsan in posterum recedent siue amouebuntur
 a Congregatione et obedientia predictis etiam infirmi
 tatis debilitatis. vel alia quauis rationabili causa ac deli
 centia superioris sui in contineti in die recessus sui habitu
 prefatu realiter et oio dimittere teneatur illum ulterius
 nullatenus assumpturi nisi forsan ad obedientiam et Congre
 gationem hmoi redierint et in eis per eos ad quos spectat
 recipiantur. decernentes et nunc omnes et singulos qui
 contra Statutum et ordinatione nram hmoi venire
 quomodolibet presumpserint maioris excoicationis Sctētia
 incurrere eo ipso si forsan aliqui ex presumptoribz hmoi
 dictam sententiam per mensem animo quod absit substi
 nuerit indurato ac ordinarius loci in quo presumptore
 ipm personaliter apprehendi seu inueniri pro tempore con
 tingerit pro parte Canonicor Congregationis predictor
 super hys locis et temporibz congruis requisitus dictum
 presumptore personaliter capi facere et ab eo hmoi habitu
 aufere infra quindecim dies ab hmoi requisitioe computa
 dos neglexerit aut forte recusauerit ex tunc lapsis quindecim
 diebus eisdem prefati Canonici seu ad hoc ab eis pro tempore
 deputati presumptorem ipm personaliter capere et ab eo dictu
 habitum auferre seu capi et auferrī facere absqz cuiusuis
 pene incurso libere et licite possint prefati ordinarij et
 cuiuscunqz alterius super hoc licentia nullatenus requisita
 Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis
 Et insuper quascunqz literas aplicas super constitutione
 Statuto et ordinatione predictis a nobis forsan emanatas

aliud q̄ presentibus expressum est continentis reuocamus
 et irritamus. Illasq; nullius esse roboris uel momenti decer-
 nimus. Non obstantib; Constitutionib; ac p̄uilegijs gra-
 tijs et iudultis nec non litteris apostolicis in specie seu genere
 sub quacunq; uerbor; forma concessis etiam si de illis eor; q;
 totis tenoribus de uerbo ad uerbum habenda foret mentio.
 Quibus omnibus illis alias in suo robore permansurus quo
 ad premissa derogare intendim; et expresse derogamus per
 presentes. Ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo
 omnino hominuz liceat hanc paginam nostre ordinatio-
 nis statuti constitutionis intentionis et derogationis in-
 fringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
 hoc attemptare p̄sumpserit indignationem omnipotentis dei
 et beatorum petri et pauli ap̄toꝝ eius se nouerit incursur;.
 Dat; Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis
 dominice Millesimo quadringet; quadragesimo sexto. x. kl.
 octobris. Pontificatus nostri anno. xvi. Blondus.
 Gratias de mandato dñi n̄i pp. ~: P. de Spinosis.



VGENIUS Episcopus Seruus Ser-
 uorum dei Dilectis filijs vniuersis Rectorib;
 et Canonicis de Congregatione Sancti Geor-
 gy in Alegra de Venetijs Castellaniensis dioc; nuncupat;.
 vbi libet constitutis Salutem et ap̄licam benedictionem.
 Exigit vestre deuotionis quam ad nos et Romanam
 geritis Eccliam sinceritas ac pie et religiose vite promerit
 honestas vt nos Specialib; fauorib; et gratijs prosequamur.
 C.1. Hinc est q; nos motu proprio non ad uestram uel alie

rius pro uobis super hoc nobis oblate petitionis instatia
 sed ex nostra mera liberalitate et certa scientia tenore pre
 sentium Vos et quolibz vestrum a quibuscunqz Excoicis
 suspensionis et Interdicti alijqz Sententijs cesuris et penis
 quibz forsan quolibz ob no solutionem mediorz seu integro
 rum fructuum primi anni uel alterius Quote ad quam
 faciendam Camere aplice ratione monasteriorz priora
 tuum eccliarz et aliorum bnificiorz Ecclesiasticorz quoru
 bet uobis per nos uel sedem aplicam hactenus donatorz
 appropriatorz seu uestris monasterijs prioratibz ecclijs
 beneficijs siue locis vnitorum uel alias quouis modo con
 cessorum quolibet obligati estis Absoluimus et absolutos
 fore censimus. Nec no quascunqz obligationes p uos seu
 nomine uestro eidem Camere propterea factis ac medios
 seu integros fructus et Quota hmoi que omnia quecunqz
 quocunqz qualiacunqz ac cuiuscunqz valoris sint pntibus
 haberi uolumus pro expressis uobis liberaliter remittimus
 et donamus ac de illis necnon alijs quibuscunqz in quo
 prefate Camere hactenus usqz ad presentem diem soluere
 quomodolibet obligati estis generalem quitantia concedimz
 et facimus. Decernentes ac uolentes et declarantes uos
 ad illorz solutione dicte Camere uel alteri cuiusqz faci
 endam nullatenus teneri nec ad id inuiti a quoqua qua
 uis auctoritate compelli posse. Inhibentes quoqz dilectis
 filijs Camerario et thesaurario nostris necnon Clericis
 et alijs officialibz ac gentibz dicte Camere ne uos uel
 aliquem uestrum ad solutionem hmoi faciendaz quauis
 auctoritate cogant seu compellant. Ac decernentes ex
 nunc quoscuqz processus et excoimunications aliasqz

C. 2

C. 3

Sententias censuras et penas quos ac quas per Camera-
rum Thesaurarium Clericos officiales et gentes predictos
vel quosuis alios haberi seu promulgari et quicquid contra
tenorem presentium acceptari scienter uel ignoranter quo-
modolibet contigerit irrita et inania nulliusque roboris ul-
momenti Non obstantibus Constitutionibus et ordinatio-
nibus apostolicis Ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam nostre Abso-
lutionis decreti remissionis donationis concessionis So-
luntatis declarationis Inhibitionis et constitutionis in-
fringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attemptare presumpserit Indignatione omnipotentis dei
et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursur-
um. Dat. Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis do-
minice Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. Vj.
kl. nouembr. Pontificatus nostri Anno Sextodecimo

Blondus.
Gratis de mandato domini nostri patris. S. Bucius.



AUGENIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum dei ad perpetuam rei me-
moriam. Et si ex debito sollicitudinis pasto-
ralis quibuslibet religiosis personis esse nos deceat in suis
oportunitatibus fauorabiles et benignos tamen dilectos fi-
lios Canonicos de Collegio seu Congregatione S. Georgij
in Alea de Venetis Castellanen[si] dioc[esis] qui pie et caste
uite studio intendentes mundanis abiectis illecebris in
humilitatis Spiritu deuotum et sedulum exhibent altissimo



famulatum affectuosiori studio confouere ac propensiori
 bus fauoribus prosequi tenemur. Ut in eorum sanctis operibus
 nil eos impediatur / nil perturbet sed nostre sollicitudinis studio
 amotis ab eis litium anfractibus et turbibus comotionibus
